

*Sigmund von Österreich, Jakob geschrieben habe, möge dieser Papst und Kardinalskolleg bitten, die Provision des NuK zu kassieren und ihre Wahl zu bestätigen.*<sup>1)</sup>

*Kop. (gleichzeitig):* KOBLENZ, LHA, I C 16 205 f. 94<sup>r</sup>.

*Druck:* Roßmann, *Betrachtungen* 393f.

*Erw.:* Voigt, *Enea Silvio III* 307f.; Lager, *Jakob von Sirk (Trier. Archiv III)* 35; Vansteenberghe 168 (mit falschem Datum "28. Juni"); Koch, *Briefwechsel* 20 Nr. 11,1; Koch, *Umwelt* 81.

*Gruß.* Nuper vacante ecclesia Brixinensi per decessum felicitis memorie quondam domini Iohannis eiusdem ecclesie episcopi nos vacationem diuturnam ipsius ecclesie plenam periculis fore attendentes venerabilem virum dominum Leonhardum plebanum Thyrolis Curiensis dyocesis tempore a sacris canonibus diffinito concorditer in episcopum et pastorem nostrum elegimus, de suo felici regimine ac ipsius ecclesie prospero incremento spem indubitam habentes. Cuius electionem per nuncios nostros infra tempus a iure statutum sanctissimo in Christo patri et domino nostro domino Nicolao divina providencia summo pontifici presentari fecimus, eius sanctitati humilime supplicantes, ut eandem benigne confirmare dignaretur.<sup>2)</sup> Quam dominus noster prefatus omnino acceptare rennuit, asserens se de prefata ecclesia cuidam cardinali Nicolao de Cusa vulgariter appellato providisse, concordata cum Germanica natione per eundem dominum nostrum bulla firmata de expectanda electione cathedralium ecclesiarum infra certum tempus summo pontifici presentanda minime advertens, in dicte ecclesie gravamen non modicum, tocius Germanice nationis turbacionem pro futuris temporibus verisimiliter formidandam.

Cum autem hoc onus nos soli absque vestra et aliorum tam spiritualium quam secularium principum assistentia ab humeris nostris propellere minime possimus, ad v. r. p. uti prefate ecclesie singularem fauorem dicteque nacionis columpnam notabilem suspiriosis vocibus recurrimus, quemadmodum et pari desiderio illustrem principem dominum Sigismundum ducem Austrie advocatum et dominum nostrum graciosum scripsisse eidem p. v. r. arbitramur<sup>3)</sup>, ipsam humiliter deprecantes, quatenus prelibato domino nostro sanctissimo sacroque cardinalium collegio scribere et supplicare de multisque periculis prefate ecclesie ac differencia inter sanctitatem suam et sepefatam nationem verisimiliter ob hoc suboriendis informare dignetur, ut sic vestra aliorumque principum instantia sua sanctitas devicta provisionem preconceptam cassare ac nostram electionem paterne confirmare dignetur, huiusmodique litteras vestras ad prefatum dominum nostrum sanctissimum et cetum cardinalium sonantes cum presencium nuncio nobis transmittendo in eo nationi Germanice ac nobis gratiam faciet specialem, et obnoxios magis devotos offerimus oratores eiusdem p. v. r., quam altissimus votive conservare dignetur tempora per diuturna.

<sup>1)</sup> *Es handelt sich um eines jener wohl mehr oder weniger gleichlautenden Schreiben des Domkapitels an einzelne Bischöfe und Fürsten, die in Nr. 940 Z. 53f. genannt werden, nicht also um eine besondere Bemühung allein bei Eb. Jakob von Trier.*

<sup>2)</sup> *S.o.* Nr. 879.

<sup>3)</sup> *S.o.* Nr. 906.

**<nach 1450 Juni 29.><sup>1)</sup>**

**Nr. 908**

*Eb. Jakob von Trier an das Kapitel von Brixen. Er gibt ihm den Rat, sich in Gehorsam dem Papst zu fügen, damit nicht noch schlimmere Folgen für das Kapitel selbst wie für die Brixner Kirche entstehen, wie sich vor Jahren bei seiner eigenen Wahl zum Eb. von Trier gezeigt habe. Er stellt die Vorzüge des Providierten und die Vorteile für die Brixner Kirche heraus und hofft auf die Einsicht des Herzogs.*

*Reinentwurf als Exemplum:* KOBLENZ, LHA, I C 16 205 f. 94<sup>rv</sup> (im unmittelbaren Anschluß an Nr. 907).

*Druck:* Roßmann, *Betrachtungen* 394–396.

*Erw.:* Goerz, *Regesten* 191; Voigt, *Enea Silvio III* 308; Lager, *Jakob von Sirk (Trier. Archiv III)* 35; Vansteenberghe 168f.; Koch, *Briefwechsel* 20 Nr. 11,2; Koch, *Umwelt* 81.

*Gruß.* Habemus pro certo vos clare informatos, qualiter nuper ab urbe redeuntes intencionem s. d. n., quam s. s. in hoc serius gerit, ut, quod reservacio ecclesie Brixinensis et provisio per s. s. reverendissimo in Christo patri domino cardinali sancti Petri de eadem ecclesia tunc novissime vacante facte, debitum sorciantur effectum, illustri principi domino Sigismundo duci Austrie amico nostro carissimo cum pluribus

5 racionibus et persuasionibus a nobis eciam preter ea, que a s. d. nostro in mandatis recepimus, cum omni  
sinceritate adiectis exposuimus<sup>2)</sup>, quanto diligentius eciam poteramus consulendo, persuadendo et exor-  
tando, quod iuxta intencionem s. s. prefatus reverendissimus dominus cardinalis remotis quibuscumque  
impedimentis ad possessionem ecclesie predictae pacifice admittetur. Et ob id nobis non congruit, prout  
clare intelligitis, quod pro intencione vestra prefati sanctissimi domini nostri pape intencioni in hac parte  
10 dissona et repugnanti aliquid s. s. scriberemus, quemadmodum in litteris vestris nobis nuper super hoc  
transmissis affectastis. Quinymmo plus expedire et congruere censuimus, ut vobis sincere persuaderemus,  
prout quanta valemus sinceritate adhuc p(er)suademus, ne vos intencioni et mandatis prefati s. d. n. op-  
ponere, sed s. s. intencioni et mandatis, prout ex debito obediencie astringimini, cum omni promptitudine  
et devocione conformare vos velitis, recordantes periculorum et dampnorum, que retroactis temporibus  
15 ex simili inobediencia contra sedem apostolicam commissa in Almaniam eciam aliis ecclesiis obvenerunt,  
presertim ecclesie nostre Treuerensi, quam eciam, licet ad ipsam canonicè electi, propter similis reserva-  
cionis impedimentum tunc assequi non poteramus.<sup>3)</sup>

Preterea cum aliena faciant pericula cautum et ut eo maturius circa hanc nostram sinceram avisacionem  
deliberare possitis, credimus multum conferre, si inter alia subscriptas ponderaveritis consideraciones, vi-  
20 delicet quod, quamvis similes reservaciones et provisiones apostolice sedis eciam maiorum ecclesiarum in  
Almanie partibus suum sorciantur effectum, voluit tamen s. s. vos graciose assecurare per bullas suas,  
quod in antea quo ad ecclesiam vestram, dum illam per cessum vel decessum dicti domini cardinalis vacare  
contigerit, hoc respectu, quod beneficia cardinalium reservata censentur, reservacione uti non intenderet,  
sed vellet electionem apud vos secundum dispositionem iuris et concordatorum libere remanere. Prompta  
25 eciam vestra obediencia sedi apostolice debita, extra quam sine periculo diucius stare non poteritis, propter  
personam provisi s. s. gratissimam constituet s. s. erga vos et ecclesiam vestram clementiorem, nec poterit  
aliqua s. s. racione provisionis huiusmodi ascribi exorbitancia. Utitur enim in hoc s. s. iure suo et sic  
nulli iniuriatur. Persona eciam provisi omni excepcione maior est, contra quam nichil dici potest, ymmo  
eius merita maiorem mererentur provisionem, quo dignior hac vice observatis eciam concordatis dari non  
30 potuit, quem eciam s. s. motu proprio de consilio fratrum in columpnarum sancte Romane ecclesie nume-  
rum vocavit et singularis gracie ostensione propriis sacratis manibus in episcopum consecravit. Promptus  
et, dum viderit gratitudinem vestram, promptior erit residere apud ecclesiam Brixinensem et illam et illius  
possessiones et fortalicia pro eius honore et utilitate de prefati amici nostri ducis Sigismundi et vestris consi-  
lilio et auxilio disponere et gubernare, quod de ipsius promocione ecclesia et patria vestra non nisi commo-  
35 dum, honorem et apud sedem apostolicam et s. s. favorem et promocionem reportabit.

Econtrario, si inobediencia vestra reperta fuerit, non possunt nisi pericula evenire hac consideracione  
specularium speculo aliarum maiorum ecclesiarum propter similes inobediencias devastatarum. Tacentes  
eciám de dampnis secularibus ex inobediencia contra sedem apostolicam presumpta illatis, non hesitamus  
de prefato domino duce, qui licet iuvenis princeps sit, si de singulis circumstanciis attendendo per suos  
40 recte ductus fuerit, ab inobediencia s. d. n. et sedis apostolice non recedet. Et si, quod absit, per aliter affec-  
tionatos idem amicus noster dux seductus aliter elegerit, finaliter malas grates consequentur consulentes.  
Non recedat eciám a consideracione vestra utilitas obediencie et quod illa sine mora, que non sine nota erit,  
fiat, cum sine summo pontifice stare non potestis, et illi recalcitrare durum erit. Potens eciám est provisu  
apud summum pontificem contra vos suam defendere provisionem, que eciám post longas apostolice et  
45 summo pontifici ingratas moras debitum sorcietur effectum. Nec contra provisionem huiusmodi aut per-  
sonam provisi aliorum sencietis assistenciam, pro grato accipientes hanc nostram sinceram avisacionem ex  
bono corde procedentem, per quam utique affectamus vos et ecclesiam vestram a similibus periculis pre-  
servari miseracione divina, que vos bene valentes conservet. Sinceram vestram voluntatem et bonam in-  
tencionem, quam in hac re habetis, nobis scriptis vestris placeat notificare.

50 (*Darunter eigenhändig:*) Ut prefertur, rescripsi capitulo ecclesie Brixinensis.

10 vestris über der Zeile ergänzt      14 devocione: donacione      21 Almanie verbessert aus Almaniam  
26 et über der Zeile ergänzt      33 nach prefati getilgt domini et      39 duce: duci      40 recedet verbessert aus  
recedat      41 grates: gratas      44 nach suam getilgt dens      47 affectamus: effectamus.

1) Wie sich aus Z. 1-6 ergibt, kam Nr. 907 wohl erst nach den vergeblichen Verhandlungen, die Jakob auf seiner Rückreise von Rom mit Hg. Sigmund in Bozen führte (s. dazu unten Nr. 940 Z. 17 mit Anm. 7), in den Besitz des Erzbischofs.

2) S.u. Nr. 940 Z. 12-17.

3) Nämlich 1430; s.o. Nr. 80 Z. 6-9 mit Anm. 1 und 2.